1562

Noverint universi Quod Ego Bartholomeus Cottoner Civis Maioricarum Gratis et ex certa scientia per me et meos presentes pariterque futuros vendo et titulo
venditionis concedo cedo et trado vobis Petro ferra cultori Maioricarum presenti et acceptanti et vestris ac quibus volueritis perpetuo. Quasdam domos meas videlicet algo-
rfum, botigiam, et currallum [illegible] sitatas iuxta presentem civitatem Maioricarum in parrochia sancti Jacobi in vico del Sepulchre ex cuncte ad furnum adustum. Tentas sub alodio
et directo dominio magnifici mathei de pingdorfila domicelli de Maioricis domini possessionis de banyols ad mercedem de laudimio et ad prestationem fatice decem dierum et ad censum
quindecim solidorum anno quolibet in festo nativitatis domini Solvendorum Capellanie ecclesie del Sepulchre, quos abinde vos et vestri sine dampno et missione meis solvetis, quas olim
emit magnificus nicholaus Cottoner avunculus meus a michaela uxore Joannis vicens et a Jacobo sarda barbitonsore quondam mediante instrumento facto et firmato in posse discreti Petri martorell
notarii Maioricarum quondam Sub die tricesima prima augusti anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Et quas ego habeo et possideo certis titulis, Et
affrontantur ex una parte cum dicta via publica. Et ex alia parte cum domibus magnifici nicholai Cottoner civis. Et ex alia parte cum alys domibus meis. Et ex alia parte cum
alia via publica retro dictas domos. Et ex alia parte cum domibus heredum melchioris subirats quondam. Predictas itaque domos sicut superius affrontantur includuntur et termi-
nantur cum omnibus integritatibus proprietatibus terminis tenedonibus pertinentys introitibus et exitibus suis. Et generaliter cum omnibus alys universis et singulis
ad dictas domos pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo vobis dicto Petro ferra presenti et vestris vendo et titulo et ex causa huiusmodi venditionis Concedo cedo et trado
ut dictum est superius Precio videlicet Quadraginta librarum monete Maioricarum quas confiteor et in veritate recognosco me a vobis habuisse et recepisse numeratas omnimode
voluntati mee. Unde renuntians exceptioni pecunie predicte non numerate non habite et non recepte reique sic non geste Et doli mali et actioni in factum, ac legi
que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii Do et remitto vobis et vestris si quid hec venditio modo plus valet valebitve de cetero precio antedicto. Constituens
me predictas domos quas vobis vendo interim vestro et vestrorum nomine amodo tenere et possidere donec de eisdem possessionem apprehenderitis corporalem vel aliam qua-
cumque de iure vel de facto. quam liceat vobis et vestris apprehendere et adipisci vestra propria auctoritate quandocumque volueritis et adeptam penes vos et vestros habere et perpetuo reti-
nere. Et titulo et ex causa huiusmodi venditionis do et cedo vobis et vestris omnia loca et iura mea omnesque voces vices rationes et actiones reales et personales mixtas utiles et directas
reique persecutorias et alias quascumque mihi et meis in predictis domibus quas vobis vendo competentes et competituras ac debentes competere quoquomodo. Quibus quidem
locis vocibus iuribus et actionibus meis predictis possitis vos et vestri uti agere experiri et experiri vosque tueri et defendere in iudicio et extra etiam et ubique. Quam ego in
presenti pono vos et vestros in locum meum et meorum [illegible]. Constituens etiam vos et vestros in predictas dominos veros et potentes ut in rem vestram propriam ad agendum videlicet
et defendendum utendum fruendum experiendum dandum vendendum cedendum impignorandum et aliter alienandum indeque faciendum de predictis domibus quas
vobis vendo vestras et vestrorum omnimodas voluntates, Salvo tamen semper in predictis iure directo dominio alodio laudimio et fatica dicti magnifici alodiarii et suorum
successorum, salvoque censu predicto dicte Capellanie et suis solvendo. Promittens et bona fide conveniens vobis et vestris quod predictas domos quas vobis vendo faciam vos et vestros
et quos volueritis semper habere tenere et in sana pace perpetuo possidere contra omnes personas. Et teneor inde vobis et vestris firmiterque teneri promitto de firma
et legali evictione et de omnibus dampnis sumptibus missionibus interesse et expensis litis et extra. Et pro his omnibus et singulis supradictis sic complendis et inviolabiliter
observandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea mobilia et immobilia ubique sint presentia et futura. Actum est hoc in civitate Maioricarum die martis
quarta mensis Augusti anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo secundo. Signum mei bartholomei Cottoner venditoris predicti Qui
hec laudo concedo et firmo

Testes huius rei sunt magnifici baptista brondo et petrus de villalonga domicelli de Maioricis

Signum Joannoti genovard notarii publici [illegible] regentis [illegible] notarie [illegible] genovard
notarii publici [illegible] qui hoc instrumentum in [illegible] publicam [illegible] redactum [illegible] fieri et
clausi

1562